

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Titvlvs III. De Auibus Fissipedibus Herbiuoris.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Vox.

Vox ipsius huit, huit sibilo, qui porrectis labiis edi solet, similis. Noctu solae degunt, summo mane diuersis in locis sparsae conspiciuntur quartamque aut dimidiam milliarii partem occupant. Imminente die, ut simul conueniant, sibilum sese mutuo uocantes emittunt. Vni in toto grege tanquam regi obeditur. Huic uox maxime sonora. Ad auditum undique confluitur. Aucupes *appellatorem* uocant. Inter cupedias in Gallia ponuntur. Ita ut in hominem delicati cibi nimium adpetentem, ne pluuiali quidem opposita contentum fore, alicubi tanquam prouerbio dicatur. Adparanda non exenteratur.

Aldrou.
Ornith. l.
20. c. 65.

Pluuialem cineream Aristotelis pardalum esse credit Aldrouandus tum, quod tota fere sit cinerea, quod de pardalo prodidit Aristoteles tum, quod maculata, unde pardalo nomen. Pluuiali simpliciter dicta est aliquanto maior. Rostro paulo crassiori et longiori, postico digito admodum exiguo. Tota fere cinerei est coloris et multis undique respergitur maculis, quae inter cinereum et castaneae colorem ambigunt. Alae caudam, quae breuis est, excedunt. Magna ex parte gregatim *uolat* nec singularem uideris, quod apud Aristotelem legimus. *Vocem* frequentem nec grauem emittit.

Huc refer illam, quae *pluuialis maior* Aldrouando. Rostro est

procero, supina parte per pectus uentremque candicat. Maiores alarum pennae nigricant, pedes sunt longi et ad caeruleum uergunt. Digito posteriore fere caret.

CHARADRIVS Gazae hiaticula, quod circa fluminum alueum et riuorum hiatus uersetur, qualis Aristoteli auis sit, ignoratur. Nam colore et uoce prauum esse, noctu adparere, interdiu aufugere, quod de suo philosophus reliquit, multis auibus competit. Et, cum Aristoteles iterum chloreum seu galgulum uocet, haud uerisimile uidetur, eam auem charadrium esse, quam in Perside et raro quidem reperiri, atriis regum requiri, quod multi ei propter auxilium, quod itericis praestare creditur, Albertus ex Heliodoro, Aeliano et aliis adserit. Aldrouandus pro charadrio auiculam exhibet corpore toto ex cinereo fuscam, rostro breui, si cum aquaticis, longo, si cum aliis conseras. Capite toto nigra uitta cinctam, cruribus oblongis et gracilibus, colore ad rutilum accedente, fronte et collo candicantibus, pedore nigrescente. Quia interdiu latet, noctu progreditur, dedit prouerbio locum: *χαραδριον μυσμυενος*, qui rem utilem occultat, dicitur. Itericos solo aspectu sanare multi produnt. Philes rubetam spectantem itericia adfici, rursus charadriion, liberari nugatur.

Arist. H.
A. l. 9.
c. 11.Heliodor.
l. 3. Hi-
stor. Ac-
thiop.

TITVLVS III.

De Auibus Fissipedibus Herbiuoris

CAPVT VNICVM.

De Gruce.

Martian.
lii.

Auis, quam gruem Latini a grundo, poetae Palamedis auem, quod is Troiano bello quatuor literas ϕ χ et θ , ordinem aciei et tesseras a gruibis didicisse dicatur, uocant, Graecis communiter *γέγωνος*, quod colore cinereo et quasi cano tanquam *γέγωνος* adpareat, Tyrrenis

tiris et *συρρηνης*, Polyrrhaenis *σέρης* adpellatur. Genera ipsarum apud Tartaros plura Venetus obseruauit. Sunt quaedam alis *nigris*, aliae *candidae* pennas oculis aurei coloris plenas habentes. Nonnullae paruae pennis longis rubro nigroque colore perunctis instructae, quaedam denique

Venet. Re-
rum Ori-
ent. l. 1.
c. 64.

nique magnae, grisei cinerei coloris, oculos rubros et nigros habentes. In Cuba duplo nostris sunt grandiores. In alia Americae parte rubras colore coccineo Columbus obseruauit.

Descri-
ptio.

Athen. Di-
pno. l. 1.

De descriptione non est, quod simus solliciti. Collum ipsi duos dorantes longum, quod Philoxenus seu os Eurixidis F. seu Cytherius, gulae circa pisces mancipium sibi optabat. Anterior eius pars ad latera nigricat, prona albet. Vertex cum macula rubente niger. Omnia reliqua cinerea praeter maiores alarum pennas. In alis retro uersus caudam fuluae et crispae sunt, quas auro et argento ornatas iuuenes pilis adfigere solent. Arteria aspera penitus in carnem ad os sternon inferitur. Ideo non mirum, ex tam longinquo audiri.

Loqui.

Nulla non in orbis parte uiuntur, uniuersum enim fere, caloris amicae, peragunt. Circa Hebrum, Strymonem et Cnistrum magna ipsarum copia. Ex Thracia, ubi aestate uiuunt, hyeme ingruente, traiciunt in Lybiam, ibi in Aegypto et in Aethiopia hyemem transigere Aelianus prodidit. De Tartaria superius diximus, quae uero de Pygmaeis Plinius habet, fabulosa sunt. Cibum ipsis fruges et herbae.

Aelian. H.
A. l. 3. c.
13.
Plin. H.
N. l. 4. c.
11.

Vitus.

Illud et Suidas innuit, cum dicit: γέραναι γέροντα κατένεμον τόχων ἑσπερίων, νεώσι πυρίνῳ σίτῳ, grues agricolae depascebantur agrum nouiter tritico satum et Mantuanus cum scribit:

Mantu-
an. l. 1. de
colum.
temp.

*Strymoniae de more gruis, quae
semina campi
iacta legens aequa tepido sub
sydere libra.*

Hoc apud Claudianum legitur:

*e Nilo Pygmaea grues post
bella remenso
ore legunt rubri germina cu-
ra maris.*

Putantur tamen et serpentibus interdum uesti.

Mouentur in uenerem, cum ob-
uio uento ad occidentem fugiunt. Foemina stante, ut pasferes, non sedente, ut gallinae, concunt. Oua bina, inter quae lapidem fortuito etiam inuentum deponere solitas, Albertus Coloniae per annos aliquot obseruauit nec plura parium. Quomodo *excludant*, a nemine, quantum sciam, haecenus proditum est.

Vocem ipsarum Graeci per κλαγγὴν uel κλάζαν, Latini per clangere et clamare exprimunt, quod intenso et magno cum impetu prolata uociferentur. Aristophanes γέρανον κλάζαν nuncupat. Q. Calaber τανυφθόγγος, id est longum et protensum sonum edentes dicit.

Aetatem earum diuersi diuersimode definiunt. Honorius anno octauo senescere tradit. Leonicus Tomaeus quadraginta continuis annis unam domi aluit. Aristoteles pennas gruum in senectute nigrescere tradit. Seu, quod pennarum earum natura albicet plusque humoris senescentibus iis constituatur, quam ut facile putredini pateant, seu, quod terrestribus humidi ipsarum natura a colore imminente non satis concoquatur. Solinus fuluas reddi scribit. Ingrediendo pedes ante se iaciunt et implumes tam celeriter aliquando currunt, ut cursu hominem uincant.

Nec minor uolatus uelocitas. Cy-
rus per internalla locorum suos tabellarios ita disposuisse legitur, ut fatigatis recentes et nocturni diurnis succederent, sic uolantes grues superarentur.

De migratione mira ab auctoribus produntur. Ex Graecia maemasterione, in quem aequinoctium incidit, discedere notauit Plutarchus, ex Heluetia XI. Septembr. audiuit Gesnerus. Thraciam relictam ad Hebrum fluium conueniunt et in turmas disponuntur. Maxima nata, lustrato ter exercitu, conruit, sepulta, ad iter in Aegyptum adcinguntur. Volant alte seu ad prospiciendum, quod Plinio et Isidoro placuit seu, ut, conspectis in tem-

Partus.
Aelian. H.
A. l. 5. c. 2.

Vox.
Virgil.
Aeneid. l.
10.
Lucret.
l. 4. Ari-
stoph. in
Anib.

Aetas.
Arist. l. 5.
de gen. c. 5.

Volatus.

Plutarch.
in Aristotele.
Aelian.
H. A. l. 2.
c. 1.
Tzetzes.

tempestatem nubibus, in terram se referant. Exacte secundum uentum feruant, raro contra impetum, nisi fugiendo, nituntur. Et intergo praeteruolantium colla et capita reponunt. In uolatu trianguli formam efficere animaduersum ab Aristotele. Eius autem summo angulo aer ab iis aduersus pellitur, deinde sensim ab utroque latere tanquam remis ita pennis cursus auium leuatur. Basis trianguli tanquam a puppi uentis adiuuatur. Tempestate mota, uel in triquetram figuram conducto agmine cuspide eius circumfluum aera scindunt uel immixtae glomerantur in orbes uel contentae in sinum falcataeque feruntur. Literam ypsilon quibusdam exprimere, a uel a aliis creduntur. Vnam sequi ordine literato et pennarum notis inscribi aera certum est. Ducem, quem sequantur, ex robustis et senioribus eligunt. Vbi eum defatigatio, quia non habet, ubi nitatur, ceperit, proximam iis, quae acquieueret, substituunt eaque uicissitudo in omni cursu feruatur. In extremo agmine per uices, qui adclament, dispositos habent et, qui gregem uoce contineant. *Excubias* habent nocturnis temporibus lapillum pedesustinentes, qui laxatus somno et decidens indiligentiam conarguit. Caeterae dormiunt, capite subter alam candito, alternis pedibus insistentes. Dux cum aliis erecto prouidet collo ac praedicit. Lapidem decesuras deglutire auri indicem, postquam deciderit, utilem seu, ut ita facilius uentorum turbini pondere resistatur, quod Aelianus uoluit seu, ut de uia fessae et quietem parantes iactu terram et aquas explorent, quod Aristophanes Byzantius credidit, prodidere quidam. Rostro eum suscipere, ne in uolatu nauis instar fluitent, Maximus Tyrius scripsit, ut uocem transuolaturae Taurum montem aquilis plenum conhibeant, alii, falsum id Aristoteles reliquit, lapides pedibus complecti, cum digitis iis incuruantur, ex Alberto habemus. Certum est,

inquit Plinius, Pontum transuolaturas primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criumetopon et Carambim mox saburra (sed non, ut alantur, quod Aelianus fabulatur) stabiliri. Cum medium transierint, abiici lapillos e pedibus, cum adtigerint continentem, e gutture et arenam. Cum ab Aegypto in Europam auolant, duces non adhibent.

De *antipathia* hoc duntaxat ob-
currit, ab aquila infestari. Ita inter se interdum ira exardescere, ut dimicantes capiantur. Visus aliquando mas foeminae ad interuersionem usque undecim uulnera inflixisse, quod pullos, quo minus se sequerentur, abstraxisset, si Alberto fides est. Quae de *Pygmaeorum* cum gruibus pugna ab Aristotele, Philostrato, Menecle et aliis produntur, fabulosa esse ex Strabone cognosces. Aduentus earum arationis tempus indicat. Si uel uociferantur uel per apertum sponte trepidant nec sese audacius aethrae committunt uel uespere et ad multum tempus uolant, tempestatem minantur. Si mane et gregatim uolent, serenitatem promittunt.

Visus earum olim in cibis expetit. Indi ouis uestebantur, ut Strabo habet. Varro grues Melicas apud Gellium inter *eduoquata* reposit. Grues oculis confutis in tenebris faginosos Plutarchus testis est. De suis temporibus Plinius, Plut. l. de Cornelius Nepos, qui diui Augusti principatu obiit, cum scriberet, turdos paulo ante faginari coeptos, addidit, ciconias magis placere, quam grues, cum haec ales inter primas expetatur, illam nemo uelit adtigisse. Sed et hodie hibernos apud Gallos cibos nobilitat. Inasant caryophyllis perfosfas et pipere. Tenerescunt, si ex ficu suspendantur. Galenus, Aegineta et alii carnem earum inter fibrosas et duras reposuere. Anaxandrides, cum Iphicratis nuptiarum cum Thraciae regis filia conuiuium ridet, gruem ibi fuisse, quae frontem disten-

Adfectus.

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

H. 1111

distenteret. Hiante podice, discissis lateribus dicit.

Quantum ad medicinam, tormi-
nolis in cibo profunt. Ius uocem
clarificat et sperma auget. Caput,
oculi, uentriculus exulta in pulue-
rem fistulis et uaricosis ulceribus in-
spurguntur. Adeps omnes duritias
cum anserino dissoluit. Pulmonis
uulturini dextrae partes uenerem
excitant uiris adalligatae gruis pel-
le. Penna serpentes stupidos red-
dit.

Plin. H. Et haec de grue in genere suffi-
N. l. 30. 6. ciant. Speciem quod adtinet, quia
15. BALEARICAM Plinius cirros

in capite more pauonis gerere scri-
bit, Aldrouandus eam substituit,
quam Bellonius cuidam ardeae ge-
neri adscribit. Vulgaris est gruis
magnitudine et eodem plane cor-
poris habitu, rostro e cinereo fus-
co, uertice nigro, in quo cirrus
erectus nascitur, plurimis tenui-
bus et subtilibus aurei coloris pen-

nis. Vtrinque in temporibus ma-
culam habet oblongam, candi-
dam, ex cuius inferna parte utrin-
que oriuntur palearia rosei carnei-
ue coloris. Collum, pectus, uen-
ter cruraque tota ex cinereo fusca
sunt. Circa caput uiride inueni-
tur. Alas erigit et quandoque ue-
locissime currit. Vescitur herbis
uiridibus quandoque fursuribus et
hordeo. Sub noctem altos parie-
tes aut arbores more pauonum
quaerit.

De IAPPONENSI nihil singu-
lare obcurrit. Tota fere candicat, ro-
stro, collo inferiori, pedibus et
alis internis exceptis. Vertex ca-
pitis insigniter rubet ac nigris ma-
culis respergitur. Media pars col-
li inferior nigricat. Sub alis pen-
nae dependent satis magnae mul-
tis insignitae appendicibus, ni-
grae, caetera tota auis
nigricat.



HISTO-

alis caeruleis, pectore et uentre flauo, diademate supra caput flauo. Caeterarum fere omnium cantum imitatur et mille modis uocem fleat et mutat. Varias eius reperiuntur species, quae omnes auariis inclusae summopere delectant.

TANGARA pasferis est magnitudine, colore nigro, capite subflauo, non canit. Epilepsiae quia obnoxia creditur, ideo illius carnibus abstinent barbari. Narrant iidem, auiculas hasce inter se choreas ducere et, una mortuae instar humi procumbente, inconditum murmur et strepitum edere. Hac confurgente et eundem strepitum edente, omnes una auolare.

QVEREIVAE totum pectus pulcherrimo colore rubro tectum est, alae nigro, reliquum corpus cyaneo. Propter exquisitam plumarum elegantiam maximi fit a barbaris.

TVCANA, quam Larius et Theuetus uocant toucan, picae magnitudine, flauo pectore, reliquo corpore nigro. Rostro ingenti et minimum palmum longo, extus flauo, intus laete rubente. Cicuratur ita, ut sub tecto pullos suos excludat.

QVIRAPANGA est tota alba et, cum modicae sit magnitudinis, stentoream habet uocem et, quae instar tintinnabuli ad dimidiam pene leucam exaudiat.

MACVCAGVA phasianae aui non absimilis, gallinas Europaeas magnitudine superat et triplici cute

munita est. Oua quotannis bis tredecim aut quindecim ponit. Graditur quidem humi, sed petit ad conspectum hominum arbores. Largam delicatamque carnem habet. Multae illius species reperiuntur, quae capiuntur facile.

MVTV gallinae est species admodum domestica. Cristam instar galli nigris atque albis punctulis interstinctam gerit. Oua illius sunt grandia, alba et ita dura, ut inter se conlisa instar ferri tinniant. Quare barbari maracas suas ex illis conficiunt. Ossa illarum canibus sunt lethalia, hominibus nihil nocent. An eadem sit cum moutone, de qua superiore capite actum est, ex comparatione liquebit.

Huc pertinet *quaedam ex rapacibus* magnae molis et tam clamosa, ut ad dimidiam leucam audiat, tota nigra, pulcris oculis, rostro galli gallinae, cui cornu impostum palmi pene longitudine, quod iis, qui linguae uitio laborant, ad collum adpensum occulta quadam naturae uim ederi experientia comprobatum uolunt. Coronidis loco hisce bambiayae in Cuba insula frequentes accedunt. Paulum supra solum feruntur magis, quam uolant, ita ut incolae ferarum instar illas uentur. Carnes coctae ius croceo colore inficiunt, saporis alioquin pergrati et phasianarum auium aemuli.

de Larr.
Indias Oc-
cid. l. 1. c.
9.

TITVLVS II.

De Auibus Exoticis Aquaticis

CAPVT I.

De Pasfere Stulto et Ansere Magellanico.

Nieremb.
Hist. E-
xot. l. 10.
c. 4.

Pasfer stultus nomen ex eo accepit, quod manus adprehensum nec fugiat nec timeat, admiratur solum aut stupet. Praeter frontis partem rostro adiacentem, quae cinerea est, palmipes, rostro tres uncias longo, tenui, obrotundo rectoque, sed prope extrema nonnihil incuruo, pedibus quoque, qui

caeterorum palmipedum sunt et cruribus nigris, pupilla etiam nigra et membrana oculos tegente in ambitu cinerea.

Vescitur pisciculis. Voce imitatur graculum. Magnitudine picam, forma larum. Nobilis est auium insulae Mauritii mansuetudo. Appellentibus nautis perinde insident,

A a 3

ac

HVAJT